



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Dictum Abbatis Olympij. Capvt XII.

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

est valde, quod non illum salutasset, priusquam migraret è seculo. Perfectusq; secus lectulum, ubi iacebat, ait defuncto: Surge, frater, & da mihi osculum. Qui protinus surgens, osculatus est senem. Tum dixit senex: Dormi iam, quousq; veniat Christus filius Dei, & resuscitet te.

**I**DEM Abbas Agiodulus cū transiret iuxta Iordanis ripas, secum animo & cogitatione voluebat, quid actum fuisset de lapidibus iectis à Iesu Naue pro his, quos inde sustulerat. Cūque ista cogitaret, confestim hinc, & inde diuisæ sunt aquæ. Tunc vidit illos duodecim lapides, prostratusque <sup>†</sup> humi Deo gratias egit, & recessit.

*† Prostratus humi gratias egit Deo. Habes orationem cum corporis prostratione.*

*Dictum Abbatis Olympij.*

C A P V T XII.

**F**RATER interrogavit Abbatem Olympij presbyterū monasterij sancti Gerasii, dicens: Dic mihi verbum. Qui dixit ei: Nescias cum hæreticis; & contine linguam & vestrem: ac vbicumque sederis, dic assidue: Peregrinus sum.

*† Semper sancti Patres auersati sunt hæreticos, nisi sit est cum eis in aliquo communicandum.*

*Vita Abbatis Marci anachoretæ.*

C A P V T XIII.

**D**ischant de Abbate Marco Anachoretæ, qui morabatur prope monasterium Pentapolis.